

nach dem Muster von S. Vitale in Ravenna die Baupläne für kirchliche Neugründungen in Arezzo entworfen hatte. Immo oder Irenfrid kennen wir jetzt als einen von Konrad II. erhobenen Wormser Hofgeistlichen, den Verfasser einer Anzahl von Schreiben in der Lorscher Briefsammlung im Vatican (vgl. Neues Archiv III, 323 ff.); sicherlich mit Recht hält Wattenbach ihn für den Bruder Alpert. Arnold wird von Petrus Damiani gerühmt (op. 34, 1: *acutus, ingeniosus et cautus tantaeque facundiae etc.*); Constantin spielt in der Zeit Gregors VII. eine nicht unbedeutende Rolle. — Die im vorletzten Absatz genannte Gräfin Sophia gehört dem mächtigen, aus der Gegend von Arezzo stammenden Hause der Widonen von Tuscien an, s. die Stammtafel, Jahrb. Konrads II, Bd. I, 450.

In nomine sancte et individue trinitatis. Regnante Lodovico, filio prioris Caroli, factus est conventus synodi, eo precipiente, in loco qui dicitur Aquisgrani, multisque preceptis ab eo rite compositis, preceptum pre omnibus hoc salutiferum statuit, precipiens cunctis congregatis episcopis, ut unusquisque eorum daret studium canonicam construendi. Filius autem eius Lotharius post mortem illius patrem secutus, per regnum transiens, non invenit ecclesias episcopales ordinatas cum canonica congregatione, sicut ipse et pater eius preceperat, condoluit. Veniensque Aritium et causa orationis ad sanctum Donatum, non reperiens quod preceperat, contra episcopum ipsius ecclesie nomine Petrum est indignatus quam plurimum. Iterum premonuit episcopos, precipue et ipsum Petrum antistitem Aretinum, per se et per suos optimates, ut preceptis suis et patris obedirent. Ipse autem Dei famulus Petrus oboedivit et eam construxit. Congregatione ab eo facta, aliquanta bona ibi concessit, insuper et quatuor manuales personas ad serviendum dedit; scilicet pistorem, cocum, lavandarium et bifulcum, sicut in suo scripto continetur. Deinde tanta fama illius congregationis communiter viventis per multa loca terrarum cognita, a bonis hominibus ibi bona mundi plurima sunt concessa. Denique Ugo rex cum Lothario filio suo ob devotionem ad corpus sancti Donati veniens, talibus auditis, magna predia contulit ipsis canonicis, sicut in preceptis eius scripta sunt, quo inopia procul ab eis remota in Dei et sancti Donati talis congregatio maneret semper servitio constituta, et ut perpetuum regem exorarent cotidie pro incolumitate regni et pro eorum salute. Plurima post tempora evoluta, exardesciente diaboli nequitia, canonicorum talis congregatio et ecclesie officia diu fuerunt dispersa. Et hoc evenit pro episcoporum desidia et pro rectorum negligentia ac pro pravorum hominum cupiditate, qui eis abstulerant unde tunc usque vixerant. Sicque permansit pene mortua usque ad Helperti digni pastoris religiosam providentiam. Eo quidem presidente in ecclesia predicta